Digitized by Google

VOTVM, ET MOTIVA D. D. DIDACI ANTONII FRANCES DE VRRVTIGOYTI, ARCHIPRESBYTERI DAROCEN.

in Sancta Metropolitana Eccleſia Cæſarauguſtana, Electi Epiſcopi Barbaſtren. Iudicis, & Cancellarij Competentiarum Regni Aragonum.

IN PROCESSV PROCVRATORIS Fiſcalis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtan.

Super competentia iuriſdictionis.

Factum.

CVM Petrus Sanchez fuiſſet, per Regiam Audientiam condemnatus, ad mortem naturalem in proceſſu ſtatutario, propter latrocinij delictum; die 5. Septembris præſentis anni 1653. hora quarta poſt meridiem fuit in furca ſuſpenſus; cadauereq; remanente in ſuplicio, ſequenti die ad auroram repertum fuit ad hoſtium Parochialis Eccleſiæ Sancti Pauli in vltimo gradu, foribus propinquiori, à quo loco de mandato Illuſtriſsimi D. Gubernatoris, & Præſidis fuit extractum, & ad locum ſuplicij aſportatum, vbi iterum in patibulo fuit ſuſpenſum contradicentibus, & proteſtantibus Clericis, & Beneficiatis illius Parochiæ, ibidem exiſtentibus, antequam extraheretur, qui cerciorantes Illuſtriſsimi, & Excellent. D. D. Ioannem Cebrian, Archiepiſcopum, ſtatim medio ſuo Vicario Generali mandatum conceſsit, directum prædicto Domino Gubernatori, eiuſq; Ordinario D. Aſſeſſori monendo, & requirendo, quatenus cadauer reſtitueret Eccleſiæ prædictæ, cuius immunitas violata reperiebatur, quod ſi aliquod habebant dubium, competentiam formabat cum nominatione Arbitri, iuxta requiſita Formatur Competentia.

foralſa, & ambobus intimata; Facta appellatione à mandato Arbitrum nominarunt, & formata competentia pro vt de foro; cum ipſi Arbitri interſe non conuenirent, cauſa fuit ad me deuoluta; proceſſuque fabricato, & ſeruatis ſeruandis, cum iam eſſemus in vltimo termino proferendi ſententiam, ex parte iuriſdictionis Regiæ fuerunt contra me propoſitæ ſuſpitiones thenoris ſequentis.

Cedula ſuſpitionum.

Pareciò el Magnifico, y amado Conſejero de ſu Mageſtad en el preſente Reyno, el Doctor Iuan Antonio de Coſtas, Aduogado, y Procurador Fiſcal de ſu Mageſtad, en el preſente Reyno, y alegò; que aora nueuamente, y de nueuo ha llegado a ſu noticia, que el Padre Fr. Thomas Frãces de Vrrutigoyti, Lector jubilado, y Guardian del Conuento de Ieſus deſta Ciudad, ha ſido conſultado en eſta cauſa, por parte del Señor Arçobiſpo de Zaragoça, y ſu juriſdiccion Eccleſiaſtica, y ha dado ſu parecer por eſcrito, reſpondiendo à dicha conſulta; la qual por parte de dicho Señor Arçobiſpo, para informar el animo de V. S. y declarar ſu pretenſion, ſe ha entregado a V. S. con los demas papeles de conſultas, è informaciones de ſus Aduogados, y a mayor cautela, haze fe de èl, en el preſente proceſſo. Y por quanto dicho P. Fr. Tomas Frances de Vrrutigoyti es hermano de V. S. y ambos hijos legitimos de vnos miſmos padres, lo qual dexa a jura deciſſoriamente de V. S. Por tanto dicho ſeñor Aduogado Fiſcal, por dichas cauſas de ſoſpecha, las propone ante V. S. y las aduera mediante juramento, y que las tiene por verdaderas, y no fingidas, y que no las propone malicioſamente, ni con animo de dilatar la cauſa, ſino de conſeguir juſticia, y juntamente las dexa a jura de V. S. como tiene dicho, y ſuplica declare *teneri ad iurandum*. Y con eſto aſsi meſmo ſuplico, que atento lo dicho, y la diſpoſicion foral, que prohibe ſea Iuez en la cauſa la perſona, cuyo hermano fuere Aduogado, ò huuiere aconſejado, ò dado ſu parecer en ella, declare V. S. que no puede, ni deue interuenir en eſta cauſa, ni en ella dar ſentencia, aliàs proteſta: Et ſtatim actu continuo.

Reſponſum ad ſuſpitionem.

Reſpondi: ad ea quæ iuramento meo deciſſorio deferebantur, & præſtito eo dixi, que es verdad es hermano mio el Padre Fray Tomas Frances de Vrrutigoyti, y ambos hijos legitimos de vnos miſmos padres, y que ſi ha ſido, ò no conſultado, lo ignoraua; pero que es verdad, que entre otros papeles que me han ſido dados, por parte del Fiſco Ecleſiaſtico; ay vno que concluye Fr. Thomas Frãces de Vrrutigoyti, Lector jubilado; el qual eſtà eſcrito de imprenta, per iuramentum.

Petitio Procuratoris Fiſcalis.

Remanentibus cæteris in deliberatione, Procuratores Fiſcales petierunt, ne currerent duæ horæ quæ deficiebant ad complementum temporis a foro ſtatuti, quod de momento

ad

ad momentum computatur, ne eo completo ſine declaratione competentiæ; illa pro Eccleſia remaneret; iuxta forum primum titulo de las competencias; quibus omnibus ſuſpenſis, die trigeſimo Octobris, hora ſecunda poſt meridiem inſtante Procuratore Fiſcali Eccleſiaſtico declaraui. Non cucurriſſe tempus illarum horarum deficientium, tanquam legitimè impeditis, & ex inde illas eſſe reintegrandas, & quo ad ſuſpitionem ſimiliter pronuntiaui, non obſtare ex ſequentibus. Ad quorum intelligentiam libuit tranſcribere verba fori. Por quanto ſub titulo de Iudicijs, quæ talia ſunt.

Declaratio ad ſupplicata per Procuratores quoad curſum temporis.

Forus *Por quanto de Iudicijs.*

Por quanto no es coſa juſta, ni condecent; que en la cauſa propia del padre, ni que ſia en alguna otra Aduocado, que el fijo deua aſsiſtir, conſellar, votar, ni judicar, ni en la cauſa propia del fijo, ò ſia Aduocado en alguna el padre, deua aſſiſtir, conſellar, votar, ni judicar. Por tanto la ſeñora Reyna de voluntad de la dita Cort ſtatueze, & ordena; que en las cauſas que ſe agitaràn, è leuaràn, aſsi en la Corte del Iuſticia de Aragon, è de ſus Lugartenientes, como en otro qualquiere, en la cauſa propia del padre, ò ſia Aduocado en alguna, que el fijo no ſea admeſſo en Conſello de los ditos Iuſticia, è Lugartenentes a votar, ni conſellar en aquella; è ſi la cauſa es propia del fijo, ò es Aduocado en alguna, que el padre no pueda ſeyer admeſſo en Conſello de los ditos Iuſticia, è Lugartenentes, a votar, ni conſellar.

Quo ſuppoſito ſuſpitionem propoſitam non releuare, in præſenti pronũtiandũ eſt, pro vt ita declaramus. Licet enim forus vnicus, ſub tit. *de ſuſpitione Iudicum de anno* 1585. extendat ad fratrem, quod ſtatutum erat in dicto foro *Por quanto*, & finali, tit. de Iudiciis reſpectu patris, & aliorum; attamen ſi verba dictorum fororum attente inſpiciantur, non comprehendunt præſentem caſum: Nam loquuntur, & ſolum interdicunt, vt filius vel pater non poſsint, *aſsiſtir, conſellar, votar, ni judicar* in cauſis, in quibus illi fuerint Aduocati, itaque verbum illud, *conſellar*, intelligitur, & propriè adeſt actiue; non vero paſiue, hoc eſt ad actum Iudicis, non tamen ad actum patris, vel filij, & cæterorum, tanquam Aduocatorum, qui eſt genuinus ſenſus dicti fori; & cum deuiet, vel repugnet iuri; non debet extendi, vltra id quod expreſſe decidit. *Seſſe deciſ.* 200. *num.* 1. & 2. *præcipuè num.* 7. *prope finem, & deciſ.* 414. *num.* 2. 29. & 33. & *deciſ.* 415. *nu.* 3. quem ſequitur cum pluribus *Suelues centur.* 1. *conſ.* 23. *num.* 6. & 7. vbi allegat exemplaria.

Sententia quoad ſuſpitionem.

Intellectus ad Forum *Por quanto de Iudicijs*

Leges deuiantes à iure non debent extendi vltra id quod expreſſe decidunt.

Vnde cum de iure, & foro, Regularibus (& præcipuè Franciſcanis) prohibeatur munus Aduocaturæ, ad traddita per Doctores in cap. 1. de poſtul. Barb. cum pluribus lib. 1. de Iure Eccleſ. cap. 43. num. 41. per text. in cap. Monachi el ſegundo 16. q. 1. ſequitur, quod verbum illud, *Aduogado*, nullatenus

Munus Aduocaturæ de iure eſt prohibitum Regularibus.

po-

Digitized by Google

poteſt intelligi,neque verificari in dicto fratre, tanquam incapaci Aduocaturæ.

Aduocati illi tantũ dici poſſunt de Foro qui fuerint graduati in iure Canonico, vel Ciuili.

Secundo, quia de foro illi tantum poſſunt dici Aduocati, qui fuerint graduati in iure Canonico, vel Ciuili, vt deciditur *in foro vnico de anno 1564. ſub titulo Que el Vicecanciller, los otros Oficiales, y Aduogados ayan de ſer graduados en Vniuerſidad aprobada*. Vnde cum Religioſi Franciſcani ſint incapaces per ſuam regulam graduum; & Frater Frances, nec ante, nec poſt ingreſſum Religionis habuerit gradum, ſequitur, quod nec propriè, nec impropriè intelligi poteſt in eo verbum illud, *Aduogado*.

Prohibitus Aduocare non prohibetur in Camera, & in ſcriptis conſulere etiã ſi ſit Clericus pro Curia Sæculari.

Nec ſimiliter tanquam conſiliarius poteſt aliquo modo ſuſpitionem inducere (etiam dato, ſed non conceſſo, quòd in foro haberet aliquam comprehenſionem) nam prohibitus aduocare, non prohibetur in Camera, & in ſcriptis conſulere, etiam ſi ſit Clericus pro Curia Sæculari, vt traddunt Portoles in numeroſ referens verbo Aduocatus num. 80. & Barb. vbi ſupra cap. 40. num. 89. vbi allegat octo Doctores idem tenentes, & in collectanea ad tex. in cap. cum Sacerdotis nu. 6. & 7. de poſtul. quod extendit cum Tiraquello ad l. 11. connubi. num. 28. quod licet mulieres prohibeantur de Iure poſtulare, ex l. 1. §. ſexum, ff. de poſtul. non tamen ſunt prohibitæ; vt in Camera conſulere valeant.

Mulieres licet prohibeatur in iure poſtulare, non tamen in Camera conſulere.

Quodque adeò verum eſt, quod nec propalatio animi, facta non vt Iudex, per hæc verba dicens, *aliquam ex partibus iuſtitiam fouere*; non ex eo à iudicando repellat, vt expreſſe traddit Seſſe deciſ. 415. num. 19. vbi ita iudicatum fuiſſe refert; ſequitur ergo à maioritate rationis, illud ſcriptum, non poſſe aliquam ſuſpitionẽ generare in Iudice in præſenti caſu.

Statutum ſi prohibeat aduocare non ex eo prohibit allegare in ſcriptis.

Accedit prædictis, quod & ſi ſtatutũ prohibeat aduocare, non prohibet allegare in ſcriptis, vt cum Iaſone in l. 1. ff. de verb. obligat. traddit Ludouicus Romanus ſingul. 264. quod extendit, etiam ſi Aduocatus ſit aſſalariatus, ex Aluer. de Roſa. in p. 1. ſtat. q. 162. & additio. ad dictum Ludoui. Rom. vbi ait. Quod licet ſtatutum Vniuerſitatis prohibeat, ne Doctores legentes poſſint aduocare contra Scholares, non prohibentur allegationes in ſcriptis facere, nec conſilium dare in Camera, & quod poſſunt id libere facere; ex ea ratione; quia aduocare, eſt pandere deſiderium alienum in iudicio, l. 1. §. 1. ff. de poſtul. vbi notat Bartol. & Doctores in l. 1. §. Aduocatos, ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus, & ibi Gloſſa verbo, *Quoquomodo*, Cepola caut. 156. & 186. ergò in noſtro caſu, etiam ſi in dicto foro penultimo aliqua adeſſet comprehenſio (quæ non adeſt vt dictum eſt) adhuc non erat prohibitio, vt in ſcriptis, vel in Camera poſſet conſulere.

Aduocare eſt pandere deſiderium alienum in iuditio.

Quæ omnia in hoc Tribunali de plano procedunt, nam

juxta

Digitized by Google

iuxta, diſpoſitionem *fori primi de la competentia*, in eo admititur, vt Cancellarius poſsit iudicare, *ſegun Dios, y buena conciencia*, quæ operantur, vt ſola veritate attenta, iudicialiter, vel extra, poſsit, & debeat procedere, iuxta doctrinam tradditam à Eſcobar à Corro de vtroque foro tom.1.in prin. à num.53.cum ſequen. optimè Portoles in Scholiis ad dictū forum primum num.41.quem ſequitur Sueſues in ſemicent. 1.conſ.10.num.16. & ita pronuntiaui pro Regia iuriſdictione die 14. Iunij proximè præteriti præſentis anni in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Eccleſiaſtici, & Emanuelis de Vera; Qua propter, cum hæc facultas mihi ſit conceſſa, non poterit impediri, vt tam de facto, quā de iure, verbo, vel ſcripto, veritatem perquiram, ſine nota ſuſpitionis, & ſine contrauentione fororum in caſibus in quibus id non exprimunt, & ita pronuntiamus, &c.

Cancellarius competentiarum in Aragonia poteſt iudicare ſecundum Deum, & bonam conſcientiam veritate ſolum attenta.

Qua declaratione lecta, & publicata per me coram conſiliariis, deuentum fuit ad pronuntiationem, & ſententiam cauſæ principalis, & duo ex Dominis conſulentibus, ſcilicet Cōſiliarij Regij, fuerunt voti, & opinionis, competentiam Iudicis ſecularis locum habere, & de iure procedere; alij verò duo pro Eccleſiaſtica iuriſdictione, è contra decreuerunt; competentiam ſcilicet Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere, & tam primi, quam ſecundi variis rationibus, & motiuis ſuas ſententias rouorarunt, vt latius patet in præſenti libro competentiarum. Vnde hinc inde copioſſe allegatis, & auditis, tam verbo, quam ſcriptis, adheſsi voto, & opinioni duorum conſulentium pro Eccleſiā, & ita declaraui, competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere ex ſequentibus fundamentis.

Sententia in cauſa principali contentionis.

Certum eſt enim, portas Eccleſiæ, & quod ipſis eſt contiguum, immunitate gaudere, vt patet ex tex.in cap.ſi quis cōtumax 17. q. 4. & pluribus relatis traddit Barb. in terminis noſtri caſſus, de ſchalis quæ ſunt Eccleſiæ annexæ, lib.3.vot. deciſ. vot. 117. num. 22. & ita quod locus fuerit ſacer, non fuit dubitatum.

Portæ Eccleſiæ, & quæ ipſis ſunt contigua gaudent immunitate.

Quare cum caſus præſens ingenia torſerit, non enim reperitur in terminis, & in indiuiduo neque diſputatus, neque deciſſus, ideò præciſſe recurrendum eſt ad ea, quæ ſunt magis conformia iuri, & foris, & maiorem connexionem, & ſimilitudinem cum noſtro caſu habent; iuxta Doctrinam Decij in cap.cum in cunctis in princip.num.32. de elect. quem ſequitūr Loterius de re Benef.lib.1.in apparat.vbi docet, Iuriſperitum nō debere hærere in reſponſo, & deliberatione, etiam quod neminem reperiat, qui in ſpecie decidat; cum poſsit ipſe ex ſe reſoluere, àliàs excluderetur hæc qualitas ab ipſis iuris luminibus, qui ſunt propriiſsimè Iudices, ad quos expe-

Iuriſperitus non debere hærere in reſponſo, etiā ſi non reperiat aliquem in ſpecie decidentem caſum.

 ctat

ctat iudicare, & ius ſuum, ſecundum regulas iuris, vnicuiq; tribuere.

Latro ſimplex gaudet immunitate Eccleſiæ nõ verò publicus.

Et in primis reſtringendo articulum, videndum eſt, an ſi Petrus Sanchez viuus confugiſſet ad Eccleſiam, poſſet eius immunitate gaudere, vt ex inde colligere poſſimus, an mortuus eodem priuilegio vtatur; & dicendum eſt, ipſum gaudere tam viuum, quam mortuum; licet enim condemnatus fuiſſet, vt latro, non tamen vt publicus, pro vt requirit Bulla Gregorij XIV. in Bull. Cherubini to. 2. Cõſtit. 7. ibi: *Si fuerint publici latrones, &c.* Quia tunc dicitur quis publicus latro, ad hoc vt immunitate priuetur, quando deprædatur palam, & publicè, vel per inſidias in via publica. Mari, ita in terminis Bullæ, tradit Tancredo de Relig. tractat. 1. lib. 4. diſput. 7. quæſt. 5. num. 6. folio 135. aut flumine, vt cum Azor, Scorza, Deciano, & aliis pluribus traddit Thomas Delbene in tract. de immunt. tom. 2. cap. 16 dubitat. 13. num. 2. & ſequen. vbi num. 5. ſubdit immunitate, non eſſe priuandum latronem publicum præſumptiuè, vel dubitatiuè, ſed requiri, quod vere, & realiter publicus latro dicatur, quod fieri debet parte citata, & cum informatione, & ſententia, declarante illum eſſe publicum latronem, ad quod allegat Decianum, & Farinacium idem tenentes. Sed in noſtro caſu Petrus Sanchez, fuit tantum condemnatus ad mortem naturalem ſimpliciter, quia latro, ob furtum commiſſum denocte, & clandeſtine; ergo non potuit in eo verificari qualitas publicitatis, requiſitæ a Gregoriana.

Publicus latro vt quis dicatur nõ ſuficit quod ſit publicus præſumptiue, ſed verè vt immunitate priuetur.

Sententia Iudicis manifeſtat delictum prout in accuſatione continetur, ſed non vltra.

Neque obſtat, per ſententiam, & illius executionem iam publicatum fuiſſe delictum, & ſic publicum latronem effectum: Negatur enim, hoc illum publicum latronem effeciſſe, ad effectum de quo agitur; hoc eſt vt nõ gaudeat immunitate, nam ſententia ſolum eum declarauit delinquentem delicti; de quo fuit accuſſatus, non tamen effecit latronem alterius qualitatis, quam in radice, & in ſententia erat expreſſum, ex his quæ tradit Eſcobar à Corro de puritate, & nobilitate q. 13. §. 2. num. 35. Et licet ſententia faciat rem notoriam, hoc tamen eſt præſumptiuè, & ſecundum id quod in accuſſatione continebatur, vt communiter traddunt Doctores ad intellectum Bullæ Gregorij XIV. Lezana p. 3. ſummæ verb. *immunitas*, num. 8. Tancretus de Relig. tract. 1. lib. 4. q. 5. num. 7. fol. 136. vbi reprehendit Barboſſam in hæc verba: *Non placet, dum ait, confitentem latrocinium in iudicio, ſi poſtea cum furto deprehendatur, non gaudere immnnitate; nam vere hic publicus latro non dicitur moraliter ad terminos Bullæ, &c.* Idem etiam docuit Tancredo, vbi proxime num. 7. Ad idem videndus Decianus lib. 6. cap. 28. num. 2. ergo ad priuandum aliquem immunitate, verè debet in eo verificari qualitas latro-

Sententia facit rem notoriã ſecundũ id quod in acuſatione continetur.

nis

nis publici, vt cum Sanchez tom. 2. conſil. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 14 & Lezana tradit Delbene in d. cap. 16. dub. 13. per hæc verba. *Vt quis immunitate Eccleſiæ priuetur, conſtare debet, eſſe latronem publicum, neque ſufficit præſumptio, vel dubitatio, quia non præſumptè latro publicus, ſed verè latro publicus immunitate priuatur, &c.* Idem etiam tradit Tancredo ſupra num. 10. per hæc verba. *Nec ex eo quod Pius V. hos, latronibus publicis æquiparauit facienda eſt in hac Bulla extenſio, quia eſſet extendere ſignificationem latronis publici ad ciuilem acceptionem, ſeu iuridicam, quam fieri poſſe negauimus num. 4 ſupra* ergo cum hic latro ex delicto non fuerit de exceptis in Bulla per notorietatem ſententiæ non potuit priuari immunitate cũ ſententia non fecerit eum latronem publicũ prout in Bulla, ſed latrocinium ab ipſo perpetratum ciuiliter declarauerit, & ſic non eſt latro publicus de exceptuatis in Bulla.

Nec facit contra prædicta aliquorum Doctorum opinio aſſerentium, illum publicum latronem reputari, qui in domibus priuatorum per vim furatur; quia hæc ſententia ab ipſis intelligitur de latrone furãte in domibus priuatis nõ ſemel, aut bis, ſed pluries, vt per Ferrer p. 3. obſeruat. cap. 238. n. 2. Dianam p. 6. tract. 1. reſol. 15. verſ. *Aduertendum*, Pegueram deciſ. 40. n. 7. Tancredo dic. n. 7. & cõmuniter DD. de hoc articulo agentes: Ergo cum Sanchez ſolum de vnico furto de nocte in domo priuata fuerit accuſſatus, & ex eo ritè, & rectè; iuxta diſpoſitiones forales ad mortem condemnatus, nõ tamen ex eo deducitur, immunitate priuandum; nam licet fortaſſe alia perpetraſſet latrocinia; cum tamen ſententia, & præconia non publicarent illum latronem publicum, nec vt talis eſſet condemnatus, non poteſt ipſi ea qualitas adaptari, & ex inde non probari publicitatem, pro vt Doctores proximè relati requirunt.

Latrones furantes in domibus priuatis per vim ad dicantur publici.

Maximè quia licet ſtatutum, vel lex municipalis condemnent latronem ad mortem pro vnico furto, non ex eo priuari debet immunitate, vt in terminis practicæ Cataloniæ reſoluit Peguera in d. deciſ. 40. num. 7. verſ. quinimo, & in Sicilia vigore Regiæ pragmat. Diana tom. 6. tract. 1. reſol. 15. verſ. *Aduertendum*, vbi ad idem allegat Ambroſinum, & Peregrinum, & idem teſtatur de eadem pragmatica, Delbene in d. cap. 16. diſp. 13. num. 15. per hæc verba. *Dices in aliquibus Regnis, &c. qui ſemel deliquit delicto quo ſupra (* loquitur de latrone*) vita priuatur, ergo, & immunitate Eccleſiarum, etiam priuatur. Reſpondetur nego conſequentiam, & diſparitas eſt, quia Principes licet poſſint diſponere circa vitam hominis, non tamen poſſunt diſponere circa immunitatem Eccleſiarum, &c.*

Lex municipalis ſi condemnet quemcumque latronem ad mortem non ex eo priuat immunitate Eccleſiæ.

Principes Sæculares licet poſſint diſponere circa vitam no tamẽ circa immunitatem Eccleſiarum.

Cum ergo immunitas ampliari debeat, non poteſt tolli

Digitized by Google

niſi in caſibus in iure expreſsis, vt per Farinacium in appendice de immunitate cap.2.num.21.Ambroſinum eodem tractu cap.10. num.7. & alios plures relatos per Delbene tom. 2.in d.cap.16.dub. 3. nu. 4.Nec extenſio fieri poteſt ad alios ſimiles Tancredo d.lib.4. diſp.8. q.6. per totam fol.145. & exinde verbum illud,*latro publicus*,debet intelligi in proprio ſignificatu, & vt ſuperius diximus, non præſumptiuè, ſed propriè, quod cum in prædicto Sanchez propriè verificari non poſsit, ſed præſumptiuè;per conſequens dicendum eſt, quod ſi ipſe viuus ad Eccleſiam confugiſſet, nõ erat ei denegãda immunitas pro delicto, pro quo ei iuſte fuit ſententia lata ad mortem, præcipuè cum iſte non fuerit latro publicus ex delicto,ſed ex ſententia, & aliud eſt eſſe latronem publicum aliud efici latronem publicum.Bulla enim tantũ negauit immunitatem latroni publico non; verò ei qui effectus fuit latro publcus qui eſt caſus ſententiæ.

Bulla Gregorij XIV. eſt vſu recepta in Aragonia quoad qualitates delictorum in illa exceptuatis.

Nec obſtat dicere, dictam Gregorianam non eſſe vſu receptam, quia in præſenti Tribunali inconcuſſe de contrario conſtat, vt patet ex proceſſu competentiæ Procuratoris Aſtricti præſentis Ciuitatis,contra Ioannem del Oſtal, ſub die 28. Martij 1650. & in alio Franciſci de Napoles 16. Octobris, eiuſdem anni, & in proceſſu Bartholomæi Gonzalez Oſcen.ſub die 14.Aprilis 1651.& in alio Ioan. Emanu.Panlo 21. Martij 1652. & nouiſsimè in proceſſu Emanuel de Vera 14. Iunij proximè præteriti præſentis anni 1653. in quibus declaraui pluries pro iuriſdictione Regia,ex eo quod competentia erat de caſibus comprehenſis in dicta Bulla, ſuntque alia infinita exemplaria vt patet ex libro competentiarum.

Conſtitutio ſeu lex habẽs plura capitula diſtincta poteſt eſſe vſu recepta in aliquibus licet in alijs non obſeruetur.

Et licet fatear,prædictam Conſtitutionem in aliquibus nõ eſſe vſu receptam,veluti,quod Reus non reſtituatur ad Eccleſiam, donec contentio declaretur, & in illo priuilegio triginta paſſuum,&c.hoc tamen non infringit; quo minus exequi, & practicari debeat in his,in quibus vſu eſt recepta,quoniam quando Conſtitutio, ſeu lex habet plura capitula diſtincta,ſuper diuerſis rebus,& quo ad vnum, vel alterum capitulum non fuit recepta,quo ad illa non ligabit,bene tamen quo ad altera,vt cum Valentia,Nauarro, & Salas tradit Salgado de ſupplicat.Bull.p.1.cap.2.num.144.& 145.& in terminis noſtræ Gregorianæ Fontanella deciſ.583.nu.25.& 26. per hæc verba. *Sicut apud nos contingit circa hanc Gregorianam, quam admiſſam, & ſecundum eam in aliquibus iudicatam vidi; non tamen quo ad omnia, & ſignanter quod attinet ad formam extractionis, & declarationis, & alia quædam.* Vnde non eſt dubitabile in hoc Tribunali,quo ad qualitates delictorum ferendum eſſe iudicium ad terminos prædictæ Conſtitutionis ex ſtylo quidquid ſit de alijs circunſtantijs, & ideò cum de-

Digitized by Google

delictũ pro quo fuit Sanchez condemnatus non ſit de exceptuatis (pro vt patet ex ſuperius dictis) ſequitur, quod ſi viuus ad Eccleſiam confugiſſet non poterat ei denegari immunitas.

Ex his deducitur quod neque poſt mortẽ. Nã eodem prorſus modo locum habere debet immunitas, enim verò ſi aliquis fuerit captus, & ſe eximat liber, è manibus Miniſtrorum in Eccleſiam confugiẽdo, gaudet ipſius immunitate, vt tradunt Giurba conſ. crim. 30. Gama deciſ. Luſitan. 141. Paz in praxi. 5. p. cap. 3. §. 3. num. 40. & ſequen. tom. 1. Farinacius de carceribus q. 29. num. 44. & de immunit. cap. 15. num. 196. Bardaxi in coment. tit. de his qui ad Eccleſiam confugiunt num. 24. Clarus in praxi criminali lib. 5. §. final. q. 30. nu. 19. verſ. pone familia, & alij plures, quibus adde nouiſsimè Tancredo de Religione tract. 1. lib. 4. q. 6. num 47. fol. 158. quod extendunt prædicti Doctores in eo, qui aufugit carcerem, nã talis ſi in Eccleſiam ſe conferat gaudebit immunitate, late Tancredo d. tract. diſp. 7. num. 11. dicens omnino tenendum fol. 107. Et quod magis eſt, etiam poſt ſententiam condemnatoriã ex latrocinio, vt in terminis traddit Peguera deciſ. 61. in fine, vbi refert, quod cum tres condemnati ad trirrimes in hac Ciuitate Cæſarauguſtana (ex quo ſequitur eſſe propter latrones cũ hæc pœna eis ſolis de foro poſsit imponi) eſſent ducti ad executionem ſententiæ in Ciuitatem Barchinonen. euaſſerunt liberi, è manibus officialium, & ad Eccleſiam confugerunt; vnde formata competentia die 21. Ianuarii 1605. cum voto ſeptem Doctorum Regiæ Audientiæ fuit declaratum pro immunitate Eccleſiæ, cui adde Leſium de iuſt. & iure cap. 31. dubi. 5. ergo eodem prorſus modo cadauer ereptum de poteſtate Iudicum ſecularium gaudere debebit, etiã ſi per ſpatium 24. horarum deberet exiſtere in furca, nam potiori iure illi condemnati ad trirrimes exiſtebant ſub poteſtate iuriſdictionis Regiæ, & nihilominus immunitas profuit optimè Guiurba infinitos referens conſ. 30. num. 12.

Captus vt in carceribus reponatur ſi ſe eximat, è manibus familiæ, & ad Eccleſiam confugiat gaudet eius immunitate.

Frãgens carcerem ſi in Eccleſiam ſe conferat gaudet eius immunitate etiam ſi id efficiat poſt ſententiam.

Cadauer ereptum de furca gaudere debet immunitate Eccleſiæ ſi ad eam aſportetur.

Accedit in fortioribus terminis, rerum qui in trirremibus erat adimplens pœnam delicti, propter quod non gaudebat immunitate, & ſi ab eis aufugiat, & in Eccleſiam ſe recipiat gaudere immunitate; quia delictum illud iam fuit in pœnam ilam commutatum, nec remanet; iam cum per pœnam deleatur; vnde tantum eſt conſideranda illa fuga; quæ non eſt illicita vt cum pluribus reſoluit Tancredo in d. lib. 4. diſp. 8. ex n. 75. fol. 164. quem omnino videbis, ergo multo magis ſuſpenſus in furca ſi ad Eccleſiam aſportetur eius cadauer gaudebit immunitate, quoad ſepulturam cum eodem modo condemnatus ad trirremes non condemnatur vt ſponte ibi maneat, ſed vt detineatur vt optimè notauit Leſius de

Condemnatus ad trirremes, & ibi exiſtens ſi ex eis aufugiat, & in Eccleſiam ſe conferat gaudet immunitate.

Digitized by Google

iuſti.& iur.lib.2.cap.31.dubi.5.verſ. idem, & potiori ratione; ergo idem dicere debemus in ſuſpenſo in furca, qui non ſponte; ſed inuitus exiſtit, & ex inde ex ratione tradd.ta à Leſio gaudere debet immunitate.

Regula legis vt vim de iuſti.& iu.non habet locum reſpectu tertij, ſed illius qui vim intulit.

Nec obſtat dicere vim illatam eſſe ad terminum legis vt vim,ff.de Iuſtitia, & Iure; nam hæc regula non habet locum reſpectu tertij, ſed reſpectu illius, qui vim intulit cui rectè poteſt vi reſiſti, & ideò in præſenti caſu dato, quod aliqua adeſſet vis hæc conſiderari debet quo ad illos, qui cadauer abſtulerunt non verò quo ad Eccleſiam,quæ in hoc caſu conſideratur tanquam, vt tertia, non inferens vim; & cum immunitas habeat reſpectum ad Eccleſiam,& ad ſe recipientem in ea,Cancer variar.reſol.p.3.cap.10.n.96.& ſequen.Delbene de immunit.tom.2.cap.16.dub.16.nu.7. ſequitur ipſam, nullam intuliſſe vim.Cum in ea repertum fuiſſet cadauer, & ratione loci habuit ius ad illud.

Immunitas Eccleſiæ habet reſpectum ad ſe ipſam, & ad ſe recipientem in ea.

Maximè quia etiam ſi violenter reus cum ad carcerem,vel ad ſuplicium ducitur vel in eo exiſtit; eripiatur ab aliquibus de manibus familiæ, aſporteturque in Eccleſiam ex ratione proximè traddita gaudet immunitate, teſte Gutierrez lib. 3. practicarum q.4.num.10. vbi refert fabricatorem falſæ monetæ, condemnatum ad pænam ignis cui tempore executionis ſententiæ laqueus contritus fuit, & Monachi atque Clerici vi ipſum in Eccleſiam intulerunt, & conſuluit cum alijs immunitate non eſſe priuandum quod idem defendit latè pluribus rationibus,& argumentis Diana omnino videndus to.6. reſol.moral.tract.8. miſcelan.reſol.5. vbi optimè reſpondet cum Ludouico Correa in relection. ad cap. inter alia de immunit.Eccleſ.p.3.nu.21.ad ea quæ de ſpolio, & dominio iuriſdictionis Sæcularis, reſpectu cadaueris proponuntur, & Delbene dict. cap. 16. dub.10.ſec.8. num.2.

Reus qui ad ſuplicium mortis defertur ſi liberetur,è manibus Miniſtrorum, & ſe in Eccleſiam côferat gaudet illius immunitate.

Quibus non officit,quod propter inobedientiã Principi illatam,& Miniſtris Iuſtitiæ debitã;& etiã ex eo,quod non peruenit liber nõ debet gaudere immunitate; quia ad hoc reſpondent Gutierrez lib.3 prac.q 6. per totã,& Ambroſi.de immunit.cap.10.nu.10. quos refert, & ſequitur Tancredus de Relig.tract.1.lib.4.q.6.n.48.pag.158.per hæc verba: Nam primo exagerat obedientiam debitam Miniſtris Iuſtitiæ.Secundo quod iſte non liber ad Eccleſiam peruenit, & eſt ſicut ille, qui duceretur ad Eccleſiam à Satellitibus, de quo diximus non gaudere. Sed hoc eſt falſum nam hic confugit ad Eccleſiam, & Satelitẽ ſecum rapit.Ille non confugit,ſed ab alio ducitur Gutier,&c. Ex qua doctrina colligitur, quod ſi ab alio quis ducatur gaudebit immunitate, ergo in noſtro caſu idem dicere debemus cum ab alijs ductum fuerit cadauer ad Eccleſiam,

Reus ſi ab alio ducatur ad Eccleſiam non ex eo priuatur immunitate.

Digitized by Google

ſiam vt ſepeliatur,non poſſe priuari immunitate.

Nec replicari poteſt, prædicta habere locum reſpectu viuentium non verò reſpectu mortuorum, & cadauerum, quia fauor Eccleſiæ conceſſus hominibus viuentibus conceditur etiam mortuis Ancharranus conſ.189.num.4.quem refert, & ſequitur Cardinalis Tuſcus littera S.concl.188.nu.9. & inde eſt. Cadauer Clerici mortui gaudere non ſolum priuilegio Canonis,quo gaudebat viuus Barb. plures referens in collect. ad tex.in cap,ſi quis ſuadente 17.q.4.num.47. ſed etiam fori Marta de iuriſdictione p.2.cap.32.num.44. & p.4. centur.2. caſu 155. ergo cum immunitas ſit principaliter conceſſa Eccleſiæ eodem modo debet fauere viuo, quam mortuo, nam eius excellentia,& pietas influit in vtrumque per ſe ſolam.

Fauor Eccleſiæ conceſſus hominibus viuentibus conceditur etiam mortuis.

Cadauer Clerici mortui gaudet non ſolum priuilegio Canonis, ſed etiam fori eodem modo ac ſi viuus eſſet.

Neque ſimiliter contra prædicta poteſt opponi, quod dũ eſt ſuſpenſus reus in furca, vel ſaltem per ſpatium 24. horarum(ex communi vſu præſentis Ciuitatis) ſit ſub dominio, & poteſtate Iudicum Sæcularium,ac per conſequens, eo tẽpore poſſe, vindicari cadauer; id tamen eſt verum dum exiſtit in eorum poteſtate, & dominio ſcilicet in furca, vel in poſſe eorundem;ſecus autem ſi è manibus ipſorum extrahatur, & ponatur in loco inmuni, ſicut in caſibus prædictis de carcerato,& ducto ad ſupplicium vel exiſtẽte in triremibus diximus,nam tales in carcere, & in incedendo ad ſuppliciũ, & in ipſo ſupplicio ſunt in poteſtate, & poſſe eorum, & tamen ſi ab ipſis effugiant,vel eripiantur gaudent inmmunitate vt punctim vltra ſupra allegatos tradit Delbene in d. to. 2.cap.16.dub 10.ſect.6.num.4.per hæc verba.*Neque obſtat ſi dicas,quod captus,& in carcere incluſus* ſubſit poteſtati, & iudicio iudicum: ergo contra iuſtitiam facit ſi à tali iudicio ſe *eximat,& conſequẽter(cum Eccleſia non faueat iniuſtis)immunitate non gaudebit.Reſpondetur enim, quod ſubſit poteſtati, & iudicio iudicum,dum in eorum iuriſdictione exiſtit; at ſecus ſi extra illam exeat, ſicuti de facto exijt cum ad Eccleſiam ſe recipit,ſeu confugit. Neque in hac fuga delictum committit,quia vtitur iure ſuo; & dato quod commitat non committit delictum exceptum,&c.* & melius idem Delbene d.c.16. dub.33. à nu.24. vbi ait idem procedere ſi violenter reus ab alijs extractus fuerit, & quia ipſius verba valde rem declarant, & fundamentis ponderatis pro contraria ſententia reſpondet licet longius protrahat libet eius verba tranſcribere, quæ talia ſunt.

Captus, & in carceratus ſubeſt poteſtati, & iudicio iudicum dum in eorum iuriſdictione exiſtunt ſecus ſi ad Eccleſiam confugiant.

Confirmatur,*quia ſi quis ſe eximens ad Eccleſiam confugit gaudet ergo,& gaudebit, qui ad eandem confugit exemptus ab alijs cum in vtroque caſſu liber, & ſolutus; non autem detentus, & captiuus ad Eccleſiam confugiat,& cum hoc ipſo quod reus non eſt amplius in manibus Curiæ(etiam ſi violenter ab alijs,è manibus*

Qui ſe eximit, è manibus lateliatum etiam violenter ſi in Eccleſiã confugiat gaudet immunitate.

Digitized by Google

bus illius extractus fuerit) habeat ius cõfugiendi ad Eccleſiam ſi quidem extractio illa violenta non potuit ipſum priuare iure, quod habet ad vitam, libertatemque ſuam tuendam; alioquin ſi ſic extractus remaneret adhuc ſub dominio Curiæ Sæcularis teneretur fugam non arripere, ſed permittere, & expectare iterum ſe à ſatellitibus capi; quod dicere abſurdum eſt; ergo dicendum, quod licite pro ſui defenſione ad Eccleſiam confugere poſsit; & ſic quod Eccleſia ipſum excipere, & defendere debeat; atque adeo quod eundem excipiendo, & defendendo non faciat (vti contendunt aduerſarij) contra iuſtitiam, nec foueat iniuſtam ſpoliationem (ſicut faceret contra iuſtitiam, & foueret iniuſtam ſpoliationem, qui rem ab alio furatam apud ſe retineret, & nollet illam reſtituere Domino) ſed præſtet tantum patrocinium reo, iam in priſtina libertate repoſito, & libere ad ipſam confugienti; quamvis ipſi extrahentes in extractione illa violenta peccauerint, quorum improbitas (vti dicebam) tollere non poteſt, quin reus ſic extractus, & in priſtina libertate repoſsitus non poſsit vti iure ſuo pro ſui defenſione, ad Eccleſiam confugiendo; & quin Eccleſia non teneatur illum, quem liberum recipit defendere, & ſuo patrocinio iuvare; quia ſi reus habet ius pro ſui defenſione violenter ſe extrahendi è manibus Curiæ, & ad Eccleſiam confugiendi, multo magis habebit ius id faciendi ab alijs extractus, & ſic in ſua priſtina libertate repoſitus. Qua propter dicendum, quod Eccleſia in tali caſu præſtet tantum auxilium ſuum reo libero, & libere ad ipſam confugienti; non autem quod non reſtituendo foueat iniuſtam ſpoliationem laico Iudici factam; ſicuti ſi quis exiens è carcere ſub iuramento redeundi ad carcerem confugiat ad Eccleſiam immunitate eius gaudet, & non dicitur quod Eccleſia non reſtituendo foueat ſacrilegium rei, & iniuſtum damnum, quod inde cuſtos carceris recipit; ſed tantum, quod Eccleſia tueatur ius, quod reus habet pro ſui defenſione ad Eccleſiã confugiendi, vt ſup. dub. 10. ſect. 10. dicebatur. Item ſicuti ſi quis ex manibus Curiæ, etiam violenter extractus ex territorio vnius Principis, recipiat ſe ad territorium alterius, etiam immunitate gaudebit, & non dicitur, quod Princeps illius territorij ad quod Reus libere confugit non reſtituendo faciat iniuriam alteri Principi, & foueat iniuſtam ſpoliationem illi factam; ſed quod tantum licite reum defendat; quia non tenetur requiſitus, reum reſtituere; cum ille liber in ipſius territorium intrauerit; quinimo Princeps alter, ſi inde violenter extrahit, violabit iuriſdictionem Principis iſtius, ex cuius territorio extrahit; qua propter rectè dixit Lado. Correa in relect. ad cap. inter alia de immuni. Eccleſ. p. 3. num. 21. quod licet delinquens prius eſſet in manibus Curiæ; nihilominus nunc, cum exiſtat in Eccleſia, fiat Eccleſiæ præiudicium in ſuo priuilegio ſi ex illa extrahatur, ſicut qui in alienum territorium fugit, fiet alienæ iuriſdictionis

of-

Digitized by Google

offenſio, ſi ex inde ſimiliter violenter extrahatur. Hæc Delbenę cuius verba retuli, quia ex eis deducitur reſponſio ad argumenta validiora, quæ pro contraria fuerunt ponderata de furto, vel ſpolio, & cum acurate omnia complectatur non indigent ponderatione.

Quare vt aduertit Cenedo, & alij ab eo relati in ſuis quæſt. Canoni. quæſt. 3. num. 10. Opinioni Doctoris ſtandum eſſe quando lex non reperitur, præcipuè cum Delbene tractet hanc materiam immunitatis exprofeſſo, & ex inde communi ſcribentium calculo receptum eſt, maiorem fidem adhibendam eſſe opinioni Doctoris exprofeſſo tractantis articulum, ipſiuſque opinionem alijs præferri debere. Cũ acuratius, & copioſius examinet quæſtiones, vt cum Abbate, Nebizan. Anton. Marc. Corat. Grauet. & Pariſ. tradit Cenedo vbi proximè q. 8. num. 3. & conueniunt communiter DD. ergo eius auctoritas ad intentum noſtrum, ponderoſe attendi debet, & in terminis quod in materia immunitatis quod ſtandũ ſit Doctoribus de ea ex profeſſo agentibus, tradit Tancredus in d. trac. de Reli. tract. 1. lib. 4. q. 6. n. 44. in fin. pag. 157

Opinioni Doctoris ſtandum eſt quando lex non reperitur, præcipuè ſi tractet materiã de qua agitur.

Ex eodem fonte dimanat reſponſum ad ea, quæ allegantur ex doctrina Maſtrilli de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 200. cum ſequentibus, dum docet, ſolum Principem poſſe dare licentiam ſepeliendi cadauera punitorum, quia ipſius doctrina, & aliorum cum ſequentium intelligi debet dum cadauera ſunt in Principis poteſtate (ſicut diximus) in eo qui erat in triremibus, propter delictum quod non gaudebat immunitate. Omnium autem ſupradictorum rationem, tradit Leſius d. lib. 2. cap. 31. q. 5. dicens, reum non teneri ibi manere, ſed Iudicis eſſe curare, vt vi maiori detineatur, ideo enim Catenæ, compedes, numellæ ſunt ferrea, & carceres fortiſsimi alioquin ſi vinculis ſtupeis conſtrictus eſſet non poſſet dirumpere, vbi plura adducit.

Princeps ſolus poteſt dare licentiam ſepeliendi cadauera punitorum dum ea ſunt ſub ipſius poteſtate.

Quibus addo quod ſicut poſito in triremibus poſt condemnationem nouus conſideratur homo, quia delictum fuit in pœnam illam commutatum; & nõ obſtante quod per tempus quo ibi exiſtere debebat non fuerit plene purgatum, nihilominus gaudet immunitate ſi ad Eccleſiam confugiat (vt probauimus) ita multo melius cadauer gaudere debet, cum plene per priuationem vitæ delictum cum ea pœna, purgauerit, & illa detentio in furca magis ad terrorem aliorum, quam ad punitionem delicti ſuſpenſi tendat; & melius dicatur eſſe ſub Principis poteſtate illũ, qui erat in triremibus, pœnam adimplendo, quam ille qui erat in furca ſuſpenſus; præcipue cum iam eſſet exequta ſententia mortis ad quam fuit condemnatus, quæ attendi debet non vero lex, quæ tale iubet, parum enim intereſt, quod lex ita diſponat ſi ſententia nõ ita

Reus ad implendo condemnationem nouus conſideratur homo.

Sententia Iudicis attẽdi debet non vero lex quæ aliud iubet in quo cenſetur facta abſolutio.

declarat, ex cuius ommiſsione cenſetur facta abſolutio, vt pluribus relatis tradit Fontan.deciſ.315.n.3.& 4.cũ ſequent. Et quod quis verbo, nõ expreſsit, nõ videtur mente cogitaſſe, c.tua de ſponſal.cũ ibi notatis Tuſc. lit. V. concl.89.n.3.

Quod quis verbo non expræſsit non videtur mente cogitaſſe.

Neque obſtat dicere, non dum eſſe complete ſententiam exequutam cum adhuc deficerent illæ 24. horæ, quibus ex conſuetudine ſuſpenſi in patibulo exiſtere debent ad terrorem, & exemplum cæterorum, nam cum hoc non fiat in pœnam, ſed in terrorem aliorum, non dicitur pars pœnæ reſpectu puniti, & ex inde non debet priuari immunitati præcipuè, quia patet ex exemplis adductis ſupra ex Peguera deciſ. 61. num.4. & Gutierrez pract.lib.3.q.4. num.10. & ab eo Farin. de immunit.num.197. & Diana p.6.tract.8.reſol.5.in fine, ex quibus colligitur, quod illis damnatis non dum pœna executa fuerat, & tamen quia ad Eccleſiam aſportati fuerunt, etiam vi, immunitate gauderunt, ergo eodem modo licet cõcedamus conſuetudinem exiſtendi in furca per 24. horas, nõ poteſt prædictum cadauer priuari immunitate.

Rei aſportati ad Eccleſiam etiã ſi ſint per vim gaudent immunitate.

Maximè cum ſententia non exprimeret aliud præter mortem naturalem, cui ſatisfecit eo ipſo, quo mortuus fuit in furca à qua, ablato cadauere, & in Eccleſiam poſito, iam Eccleſia habebat, ius ad ipſum, quia (vt diximus) in principio immunitas non ſolum conſideratur reſpectu Rei, vel perſonæ confugientis; ſed etiam reſpectu loci Sacri, qui habet ius ad conſeruandam ſuam immunitatem; quare licet reſpectu habito ad reum habeat iuriſdictionem; reſpectu tamen Eccleſiæ dum in ea fuit non poteſt conſiderari, & ſic immunitate gaudere debet; & licet hoc non conſideretur in publico latrone, & in alijs delictis exceptuatis in Bulla Gregoriana; tamẽ hoc fit nõ contẽplatione perſonæ, ſed cauſæ. Nõ enim omnes delinquentes defendũtur ab Eccleſia, ſed illi qui digni ſunt immunitate, vt optimè ratiocinatur Ricciulus de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ conſiſtentium lib. 2. c.12. n.8.

Immunitas Eccleſiæ nõ ſolum conſideratur reſpectu. Rei vel perſonæ confugientis, ſed etiam reſpectu loci ſacri.

Delinquentes omnes nõ defenduntur ab Eccleſia ſed illi qui digni ſunt eius immunitate.

Nec ſimiliter obſtat, cadauer puniti eſſe priuatum ſepultura, quia addictum eſt Fiſco, donec Princeps licentiam præſtet, ac proinde nõ poſſe gaudere immunitate. Quia reſpondetur ex dictis; id verum eſſe quo vſque non liberetur ab eius poteſtate, & vlterius, quia nõ valet argumentum eſt priuatus ſepultura; ergo non gaudet immunitate, vt videmus in excommunicato, qui licet Eccleſiaſtica ſepultura priuetur, ſi decedat in excommunicatione; immunitate, tamen gaudet, quod, & etiam probabilius habet locum in Iudæis, & alijs infidelibus, vt traddant Diana contra Sarpum tom.6.reſol.mor.tract.1.reſol.21.verſ.ad Doctrinam verò Bartoli. & reſolu.26.verſ.quæro 3. vbi allegat plures Doctores, & argumenta idem confirmantia, optimè Bobadilla in poli.to.1.

Priuatus ſepultura Eccleſiaſtica non ex eo priuatur immunitate.

cap.

Digitized by Google

cap.14.n.50.& 51.Delbene d.to.2.cap.16. dub.24. ſect.17. num.8.& ſequen. vbi plures alios caſus refert,in quibus,qui non gaudet ſepultura poteſt gaudere immunitate ad idem videndus cum pluribus Tancredo tract.1.lib.4.diſp.6.q.1.n.1. fol. 103. vbi idem etiam dicit procedere in interdicto; imò etiam in Iudæis, & infidelibus iuxta veriorem ſententiam, de quo latè videndus cum pluribus Ricciulus de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ conſiſtentium d. lib. 2. cap. 12. per totum præcipuè ex nu. 8. ergo ſi illi qui extra Eccleſiam exiſtunt dum ſunt in excommunicatione,licet ſepultura ſint priuati gaudent immunitate;à fortiori reus etiam mortuus, qui non eſt extra Eccleſiam;imò intra ipſam,gaudebit, ex his quæ congerit Barbo.de offic.Paro.p.3.cap.26 num.4. quia priuilegium immunitatis principaliter tendit in honorem Eccleſiæ,& ratione loci conceditur, vt diximus, & probant Giurba,& ab eo relati Conſ. crim.10. num. 1. Pellizarius in manua.regula.trac.8.cap.5.ſect.1.nu.38.Caſtro Palao tom.2.ope.moral.tract.11.diſp.vni.pun.11.num.5.

Et tandem licet aliquod dubium adeſſet, an viuus poſſet gaudere.At poſt mortem,& executa ſententia iam ceſſat illa qualitas latronis,quia morte ipſius,delictum extinctum fuit, & ſic qualitas reſultans ex illo(etiam ſi aliqua adeſſet, quæ ex dictis ſupra in præſenti conſiderari non poteſt)ex traditis à Fari.in pra.tom.1.q.10. num.36. & Seſſe deciſ. 39. num.1. Anto.Gomez varia.reſolutio.tom.3.cap.1.num.78.nam accidentia morte extinguntur, & ſic eſt verum dicere,fuiſſe latronem; non verò eſſe tempore quo ad Eccleſiam fuit aſportatus,Sebaſtia.de Medicis in tract.mors omnia ſoluit p.2. num.79. & cum textus in cap. inter alia loquatur de latrone viuo non poterit fieri extenſio ad cadauer, quia immunitas, tanquam fauorabilis debet ampliari, ex dictis ſupra in verſ. *cum ergo*, & ideò tanquam regula veriſsima, fortiſsima, & receptiſsima,vt ait Gutierrez cũ pluribus lib.3. pract. q 4.n. 12. non debet quis priuari immunitate, niſi in caſibus à iure expreſsis, nõ repetitur expreſſus huiuſmodi in iure,reſpectu cadaueris huius puniti: Præterquã,quod attenta diſpoſitione Bullæ Gregorij XIV.nullo modo poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum, & ideò nulli excluduntur ab immunitate præter caſus in ea exceptos,latiſsimè Tancredus d. tract.1. de Reli. lib.4.q.6.per totam,fol.145.ergo debet gaudere;etiam ſi viuus non gauderet.

Accidentia morte extinguntur.

Immunitate non debet quis priuari niſi in caſibus in iure expreſsis.

Ex quibus ſequitur quod licet varia fundamẽta,& allegationes pro contraria parte fuerint propoſitæ,quas tanquã à viris doctiſsimis elaboratas Magnæ ſint authoritatis; Attamen; fundamenta ſuperius adducta,& alia fortiora,tanquã iuri magis conformia iudicaui ſequẽda,præter ea,quæ à dominis cõſulen-

ſulentibus pro Eccleſia fuerunt ponderata (quæ conſulto ommito,ne repetam,quod illi dixerunt)animum meum mouent ad prædictam declarationem propalandam , & in omnẽ euentum ad hanc opinionem ſequendã valde conducit,quod traddunt Doctores communiter;videlicet immunitati Eccleſiæ in dubio fauendum eſſe , & pro ea iudicandũ vt pluribus rationibus,& Doctoribus deffendit Barbo.lib.3.votor.voto 117.n.45.vſque infi.quibus iunge Delbene d.c.16. dubit.37. nu. 27. vbi refert 14.Doctores idem tenentes,Fontanella de pact.clau.4.glo.12.n.86.& quod magis eſt;Dubitat Delbene d.c.16.dub.46. an in dubio ſi delictum ſit exceptuatum vel non , vt reus gaudeat immunitate, poſsit Iudex Eccleſiaſticus iudicare,quod is non gaudeat,ſed priuetur illa , & poſtquam cum Farinac.Maranta,Giurba, Sperello, & Guazzino reſpondet negatiuè ; concludit n. 3. quod ſi Epiſcopus reum Curiæ Sæculari tradit,caſu quo debet gaudere immunitate, præter peccatum mortale ſacrilegij,ac iniuſtitiæ, & damnorum obligationem,incurret in irregularitatem;ſi reus ad mortêm damnetur, & reddit rationem , quia in caſibus non exceptuatis nullam poteſtatem in reum habet,& conſequenter ſi Curiæ Sæculari eum tradat,maximam iniuriam infert ipſi reo,& Eccleſiæ contra virtutem iuſtitiæ, & religionis, & ad intentum allegat Nouar.in ſum.Bul.tit.de immun.num.31. Vndè in præſenti caſu, etiam dato , quod non addeſſent tot fundamenta ſuperius allata , cum non ſit caſus exceptuatus (vt dictum eſt) non poteſt pro iuriſdictione Regia pronuntiari. Præcipuè in hoc Aragonum Regno vbi leges noſtræ, adeo pro Eccleſia in dubio iudicare voluerunt , vt ſemper, & quotieſcumque Cancellarius , ſiue Competentiarum Iudex,intra quinque dies poſt factũ proceſſum ſententiam non declarauerit,eo ipſo pro Eccleſia declarata cenſetur,vt conſtat ex foro 1.tit.de las Competentias.Ex quibus, & alijs ita pronuntiandum iudico.

Epiſcopus ſi tradiderit Curiæ Sæculari, reum qui alias gaudere debebat immunitate peccat mortaliter, & incurrit in alias pœnas.

D. Didacus Antonius Frances de Vrrutigoyti Arch.Daro. Iud.& Canc.Compe.

Digitized by Google

Digitized by Google